

cunq; profectus est. Et tulit dauid arma aurea que habebant serui ad adezer: et detulit ea in iherusalem. Et de bethel. et de beroth ciuitatib; ad adezer: tulit rex dauid et multum nimis. Audiuit autē thou rex emach. quod percussisset dauid omne robur ad adezer: et misit thou ioram filium suum ad regem dauid. ut saluaret eum congratulans et grās ageret. eo quod expugnasset ad adezer. et percussisset eum. Hostis quippe erat thou ad adezer. Et in manu eius erant uasa argentea. et uasa aurea. et uasa creta: que et ipsa sanctificauit rex dauid dño. cum argento et auro. que sanctificauerat de uniuersis gentib; quas subegerat de syria. et moab. et filiis ammon. et phylistiim. et amalech. et de manibus adadezer. filij roob. regis soba. Fecit quoq; dauid sibi nomen cum reuertetur capta syria in ualle salmarum celsis duodecim milibus: et posuit in idumea custodes. statuitq; presidium. Et facta est uniuersa idumea seruiens dauid. Et seruauit dñs dauid: in omnib; ad quecunq; profectus est. Et regnauit dauid sup omnē isrl. Faciebat quoq; dauid iudicium et iusticiam: in omni populo suo. Ioab autē filius saruie: erat sup exercitum. Porro iosaphat filius abihud erat a commentarijs. Et sadoch filius achitob. et achimelech filius abiathar sacerdotes: et saraias scriba. Banaias autē filius io-

iadē: sup cerechi et phelechi. Filij autē: dauid: sacerdotes erant. Et dixit dauid. Putasne est aliquis qui remanserit de domo saul: ut faciam misericordiam cum eo propter ionathan? Erat autē de domo saul: seruus nomine siba. Quem cum uocasset rex ad se: dixit ei. Tu ne es siba? Et ille respondit. Ego sum seruus tuus. Et ait rex. Num sup est aliquis de domo saul. ut faciam cum eo misericordiam dei? Dixitq; siba regi. Sup est filius ionathe debilis pedibus. Vbi inquit est? Et siba ad regem. Ecce ait. in domo est machir. filij amibel. in lodabar. Misit ergo rex dauid: et tulit eum de domo machir filij amibel. de lodabar. Cum autem uenisset miphibosech. filius ionathe filij saul ad dauid: corruit in faciem suam et adorauit. Dixitq; dauid. Miphibosech. Qui respondit. Adsum seruus tuus. Et ait ei dauid. Ne timeas. quia faciens faciam in te misericordiam ppter ionathan patrem tuum: et restituiam tibi omnes agros saul patris tui. Et tu comedes panem in mensa mea semp. Qui adorans eum: dixit. Quis ego sum seruus tuus. qm respexisti sup canem mortuum similem mei? Vocauit itaq; rex siba puerū: et dixit ei. Omnia quecunq; fuerunt saul. et uniuersam domū eius: dedi filio dñi tui. Operare igitur ei terram tu et filij tui. et serui tui: et inferes filio dñi tui cibos



ut alatur. Miphibosech autē filius  
 dñi tui. comedet semp panem: sup  
 mensam meam. Erant autē sibe  
 quindecim filij: et uiginti serui.  
 Dixitq; siba ad regem. Sicut iussi  
 sti dñe mi rex seruuus tuo: sic faciet  
 seruuus tuus. Et miphibosech come  
 det sup mensam tuam: quasi un⁹  
 de filijs regis. Habebat autē miph  
 bosech. filium paruulum nomine  
 macha. Omnis uero cognatio do  
 mus siba: seruebat miphibosech.  
 Porro miphibosech habitabat in  
 iherusalem: quia de mensa regis  
 uigiter uestebatur. et erat claudus  
 utroq; pede. Factum est autē post  
 hec ut moreretur rex filiorum am  
 mon: et regnaret anon filius eius  
 pro eo. Dixitq; dauid. Faciam mi  
 sericordiam cum anon filio naas:  
 sicut fecit pater eius mecum mi  
 sericordiam. Misit ergo dauid con  
 solans eum p seruos suos: sup pa  
 tris eius interu. Cum autem ue  
 nissent serui dauid in terram fili  
 orum ammon: dixerunt princi  
 pes filiorum ammon ad anon dñm  
 suum. Putas quod ppter honore  
 patris tui. dauid misit ad te con  
 solatores. et non ideo ut uestiga  
 ret te. et exploraret ciuitatem. et  
 euerteret eam. misit dauid seruos  
 suos ad te: Tulit itaq; anon seruos  
 dauid. rasitq; dimidiam partem  
 barbe eorum. et precidit uestes  
 eorum medias usq; ad nates: et di  
 misit eos. Quod cum nuntiatum  
 esset dauid: misit in occursum

eorum erant enim uiri confusi turpi  
 ter ualde: et mandauit eis dicens. Ma  
 nete hiericho: donec crescat barba  
 ura: et tunc reuertimini. Uidentes  
 autē filij ammon. quod iniuriam  
 fecissent dauid: miserunt et con  
 duxerunt mercede syrum roob. et  
 syrum soba. uiginti milia peditu.  
 et a rege macha mille uiros. et ab  
 istob. duodecim milia uiroꝝ. Qd  
 cum audisset dauid: misit ioab. et  
 omnem exercitum bellatoꝝ. Egres  
 si sunt ergo filij ammon: et direxe  
 runt aciem ante ipsum introitu  
 porte. Syrus autem soba. et roob.  
 et istob. et maacha: seorsum erant  
 in campo. Videns igitur ioab qd  
 preparatum esset aduersum se pre  
 lium. et exaduerso. et post tergu:  
 elegit ex omnib; electis isrl. et in  
 struxit aciem contra syrum. Re  
 liquam autem partem populi: tra  
 didit abisai fratri suo. Qui direxit  
 aciem: aduersum filios ammon.  
 Et ait ioab. Si preualuerint ad  
 uersum me syri: eris michi in adiu  
 torium. Si autem filij ammon pre  
 ualuerint aduersum te: auxiliabor  
 tibi. Esto uir fortis: et pugnemus  
 pro populo nro. et ciuitate dei nri.  
 Dñs autem: faciet quod bonum est  
 in conspectu suo. Inijt itaq; ioab.  
 et populus qui erat cum eo certa  
 men contra syros. Qui statim fuge  
 runt a facie eius. Filij autē ammon  
 uidentes quod fugissent syri: fuge  
 runt et ipsi a facie abisai. et ingres  
 si sunt ciuitatem. Reuersusq; est



ioab a filiis ammon: et uenit iheru-  
 salem. Videntes igitur filij ammon.  
 quod corruissent coram isrl: congre-  
 gati sunt pariter. Misitq; adadezer.  
 et eduxit syros qui erant transfluu-  
 um: et adduxit exercitum eorum. So-  
 boc autem magister militie adade-  
 zer: erat princeps eorum. Quod cum  
 nuntiatum esset dauid. contraxit  
 omnem israhel et transiit iordanē  
 uenitq; i helema. Et direxerunt acie  
 syri exaduerso dauid: et pugnaue-  
 runt contra eum. Fugeruntq; syri:  
 a facie israhel. Et occidit dauid de  
 syris septingentos currus. et quadra-  
 ginta milia equitum: et sobac pn-  
 apem militie percussit. Qui statim  
 mortuus est. Videntes autem uni-  
 uersi reges qui erant in presidio  
 adadezer. uictos esse ab israhel:  
 fecerunt pacem cum isrl. et serui-  
 erunt eis. Omueruntq; syri auxi-  
 lium prebere filiis ammon. Factū  
 est ergo uertente anno. eo tempo-  
 re quo solent reges ad bella pce-  
 dere: misit dauid ioab. et seruos  
 suos qui erant cum eo. et uniuersum  
 israhel. et uastauerunt fili-  
 os ammon. et obsederunt iab-  
 bath. Dauid autē: remansit in  
 iherusalem. Dum hec agerent:  
 accidit ut fingeret dauid de stra-  
 tu suo post meridiem. et deambu-  
 laret in solario domus regie. Vi-  
 ditq; mulierem se lauante ex-  
 aduerso: sup solarium suum. Erat  
 autē mulier pulchra nimis. Misit  
 ergo: et requisit que esset mu-

lier. Nuntiatumq; est ei: quod ip-  
 sa esset bechabee filia etiam uxore  
 urie ehei. Misit itaq; dauid nun-  
 tios: tubit eam. Que cum ingressa  
 esset ad eum: dormiuit cum ea.  
 Statimq; sanctificata est ab immū-  
 ditia sua: et reuersa est domū suā  
 concepto fetu. Mittensq; nuntia-  
 uit dauid: et ait. Concepti. Misit  
 autem dauid ad ioab: dicens. Mit-  
 te ad me uriam eheum. Misitq;  
 ioab uriam ad dauid. Et uenit uri-  
 as ad dauid. Quesiuitq; dauid quā  
 rēte ageret ioab et populus: et quo-  
 modo administraretur bellum.  
 Et dixit dauid ad uriam. Vade in  
 domum tuam: et laua pedes tuos.  
 Egressus est urias de domo regis:  
 sequutusq; est eum cibus regius.  
 Dormiuit autē urias ante portā  
 domus regie cum alijs seruis dñi  
 sui: et non descendit ad domum  
 suam. Nuntiatumq; est dauid  
 a dicentib;: Non iuit urias ad do-  
 mum suam. Et ait dauid ad uri-  
 am. Numquid non de uia uenisti?  
 Quare non descendisti in domū  
 tuam? Et ait urias ad dauid. Ar-  
 cha dei et isrl et iuda habitant  
 in papilionib;: et dñs meus ioab.  
 et serui dñi mei sup faciem terre  
 manent. et ego ingrediar domū  
 meam. ut comedam et bibam. et  
 dormiam cum uxore mea: Per  
 salutem tuam. et per salutē ani-  
 me tue: quod non faciam rem-  
 hanc. Ait autem dauid ad uria.  
 Mane hic etiam hodie: et cras di-



mittam te. Mansit urias in iheru-  
salem: die illa et altera. Et uocauit  
eum dauid ut comederet coram se  
et biberet: et inebriauit eum. Qui  
egressus uespere dormiuit in stra-  
tu suo cum seruis dñi sui: et in do-  
mum suam non descendit. Factū  
est ergo mane. et scripsit dauid  
epistolam ad ioab. misitq; per manū  
urie: scribens in epistola. Ponite  
urias ex aduerso belli ubi fortis-  
simum prelium est: et derelinque  
eum ut percussus intereat. Igitur  
cum ioab obsideret urbem: posu-  
it uriam in loco ubi sciebat uiros  
esse fortissimos. Egressiq; uiri de  
ciuitate bellabant aduersum io-  
ab: et ceciderunt de populo ser-  
uorum dauid. et mortuus est etiā  
urias hecheus. Misit itaq; ioab omnia  
u<sup>er</sup>ba p<sup>ro</sup>ph<sup>et</sup>e m<sup>u</sup>ltat<sup>u</sup> d<sup>o</sup>. Precepitq; nū-  
tio dicens. Cum compleueris uni-  
uersos sermones belli ad regem:  
si eum uideris indignari et dixe-  
rit. quare accessistis ad murū ut  
preliaremini. an ignorabatis qd  
multa desup ex muro tela mittan-  
tur. quis percussit abimelech filiū  
hierobosech. nonne mulier misit  
sup eum fragmentum mole de  
muro et interfecit eum in thebes.  
quare iuxta murum accessistis:  
dices. Etiā seruis tuis urias he-  
cheus. occubuit. Abijt ergo nun-  
tius et uenit: et narrauit dauid  
omnia que ei preceperat ioab. Et  
dixit nuntius ad dauid. Preua-  
luerunt aduersum nos uiri: et

egressi sunt ad nos in agrum. Nos au-  
tem facto impetu: psequuti eos sumus  
usq; ad portam ciuitatis. Et direxe-  
runt iacula sagittarij ad seruos tuos  
ex muro desup: mortuiq; sunt de ser-  
uis regis. Quin etiam seruus tuus uri-  
as hecheus mortuus est. Et dixit da-  
uid ad nuntium. Hec dices ioab. Non  
te frangat ista res. Varius enim euen-  
tus est prelii: et nunc hunc. nunc  
illum consumit gladius. Conforta  
bellatores tuos aduersum urbem ut  
destruas eam: et exhortare eos. Au-  
diuit autē uxor urie quod mortu-  
us esset urias uir suus: et planxit  
eum. Transactoq; luctu. misit dauid  
et introduxit eam in domum suam:  
et facta est ei uxor. Peperitq; ei filiū.  
Et displicuit uerbum hoc coram  
dño: quod fecerat dauid. Misit ergo  
dñs nathan ad dauid. Qui cum ue-  
nisset ad eum: dixit ei. Duo uiri erāt  
in ciuitate una: unus diues. et alter  
pauper. Diues habebat oues et bo-  
ues plurimos ualde pauper autem  
nichil habebat omnino preter ouē  
unam paruulam quam emerat et  
nutrierat. et que creuerat apud eū  
cum filijs eius simul de pane illius  
comedens et de calice eius bibens.  
et in sinu illius dormiens. eratq;  
illi sicut filia. Cum autē peregri-  
nus quidam uenisset ad diuitem:  
partens ille sumere de ouib; et de  
bobus suis. ut exhiberet conuiuū  
peregrino illi qui uenerat ad se.  
tulit ouem uiri pauperis et prepa-  
rauit cibos homini qui uenerat

xij



ad se. Iratus autem indignatione dauid aduersum hominem illum nimis: dixit ad nathan. **Quia** dñs qm̄ filius mortis est uir qui fecit hoc. **Quem** reddet in quadruplum. eo quod fecerit uerbum istud: et non pepererit. **Dixit** autem ad dauid. nathan. **Tu** es ille uir. **Hec** dicit dominus deus israhel. **Ego** unxi te in regem sup isrl̄. et ego erui te de manu saul. et dedi tibi domum dñi tui. et uxores dñi tui in sinu tuo: dediq; tibi domum isrl̄ et iuda. **Et** si parua sunt ista: adiciam tibi multa maiora. **Quare** ergo contempsisti uerbum dñi ut faceres malum in conspectu meo? **Unam** hechem percussisti gladio. et uxorem illius accepisti uxorem: et interfecisti eum gladio filiorum ammon. **Quam** obrem non recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum: eo quod despexeris me et tuleris uxorem urie hechem ut esset uxor tua. **Itaq; hec** dicit dñs. **Ece** ego suscitabo sup te malum de domo tua: et tollā uxores tuas in oculis tuis. et dabo proximo tuo. et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. **Tu** enim fecisti abscondite: ego uero faciam uerbum istud in conspectu omnis isrl̄. et in conspectu solis. **Et** dixit dauid ad nathan. **Peccaui** dño. **Dixitq;** nathan ad dauid. **Dñs** quoq; transtulit peccatū tuū: **n̄ morieris**. **Ueruntamen** qm̄ blasphemare fecisti inimicos nomen

dñi ppter uerbum hoc: filius qui natus est tibi morte morietur. **Et** reuersus est nathā ī domum suam. **Percussitq;** dñs paruulum quem peperit uxor urie dauid: et desperatus est. **Deperatusq;** est dauid dñm pro paruulo. **Et** ieiunauit dauid ieiunio: et ingressus seorsum. iacuit sup terram. **Venerunt** autē seniores domus eius: cogentes eum ut surgeret de terra. **Qui** noluit: neq; comedit cum eis cibum. **Accidit** autē die septima: ut morerēt infans. **Conueruntq;** serui dauid nunciare ei: quod mortuus esset paruulus. **Dixerunt** enim. **Ece** cum paruulus adhuc uiueret loquebamur ad eum. et non audiebat uocem nr̄am: quantomagis si dixerimus mortuus est puer. se affliget? **Cum** ergo audisset dauid seruos suos musicantes. intellexit qd̄ mortuus esset infantulus: dixitq; ad seruos suos. **Nunquid** mortuus est puer? **Qui** responderunt ei. **Mortuus** est. **Surrexit** igitur dauid de terra: et locus unctusq; est. **Cumq;** mutasset uestem. ingressus est domū dñi et adorauit: et uenit in domum suam. **Petuitq;** ut ponerent ei panem: et comedit. **Dixerunt** autem ei serui sui. **Quis** est sermo quē fecisti? **Propter** infantē cum adhuc uiueret ieiunasti et flebas: mortuo autē puero surrexisti et comedisti panem. **Qui** ait. **Propter** infantē cum adhuc uiueret: ieiunauit et fleui. **Dicebam** enim. **Quis**



sit si forte donet eum michi dñs.  
 et uiuat infans: Nunc autem  
 quia mortuus est quare ieiuno?  
 Nunquid potero reuocare eum  
 amplius? Ego uadam magis ad  
 eum: ille uero non reuertetur ad  
 me. Et consolatus est dauid bech-  
 sabee uxorem suam. Ingressusq;  
 ad eam: dormiuit cum ea. Que  
 genuit filium: et uocauit nomē  
 eius salomon. Et dñs dilexit eum.  
 Misitq; in manu nathan prophe-  
 te. et uocauit nomen eius amabi-  
 lis dño: eo quod diligeret eū dñs.  
**I**gitur pugnabat ioab contra  
 rabbath filiorum ammon: et ex-  
 pugnabat urbem regiam. Misitq;  
 ioab nuntios ad dauid: dicens.  
 Dimicauit aduersum rabbath: et  
 capienda est urbs aquarum. Nūc  
 igitur congrega reliquam partē  
 populi. et obside ciuitatem. et ca-  
 pe eam: ne cum a me uastata fue-  
 rit urbs. nomini meo ascribat  
 uictoria. Congregauit itaq; da-  
 uid omnem populum: et profe-  
 ctus est aduersum rabbath. Cūq;  
 dimicasset cepit eam: et tulit dia-  
 dema regis eorum de capite eius  
 pondo auri talentū. habens gē-  
 mas preciosissimas. et impositū  
 est sup caput dauid. Sed et pre-  
 dam ciuitatis: asportauit multa  
 ualde. Populum quoq; eius ad-  
 ducens ferrauit: et circumegit  
 sup eos ferrata carpenta. Diuisit  
 q; cultros: et transduxit in typo  
 laterum. Sic fecit uniuersis ciuita-

tib; filiorum ammon. Et reuersus  
 est dauid et omnis exercitus in ihe-  
 rusalem. Factum est autē post hec. xii/5  
 ut absalon filij dauid sororem speci-  
 osissimam uocabulo thamar. ada-  
 maret ammon filius dauid. et de-  
 perit in eam ualde: ita ut egrota-  
 ret ppter amorē eius. quia cum esset  
 unigo difficile ei uidebatur ut quip-  
 piam inhoneste ageret cum ea.  
 Erat autem ammon amicus nomi-  
 ne ionadab filius semmāa fratris  
 dauid: uir prudens ualde. Qui di-  
 xit ad eum. Quare sic attenuaris  
 macie fili regis p singulos dies? Cur  
 non iudicas michi? Dixitq; ammon.  
 Thamar sororem fratris mei absa-  
 lon amo. Cui respondit ionadab.  
 Cuba sup lectum tuum: et languo-  
 rem simula. Cumq; uenerit pater  
 tuus ut uisitet te: dic ei. Veniat  
 oro thamar soror mea ut det mi-  
 chi cibum. et faciat pulmentum:  
 ut comedam de manu eius. Accu-  
 buit itaq; ammon: et quasi egrota-  
 re cepit. Cumq; uenisset rex ad ui-  
 sitandum eum: ammon ad regem.  
 Veniat obsecro thamar soror mea.  
 ut faciat in oculis meis duas sor-  
 bitunculas: et cibum capiam de  
 manu eius. Misit ergo dauid ad  
 thamar domum: dicens. Veni in  
 domum ammon fratris tui: et fac  
 ei pulmentum. Venitq; thamar  
 in domum ammon fratris sui. Ille  
 autem iacebat. Que tollens farinā  
 commiscuit: et liquefaciens in oculis  
 eius coxit sorbitunculas. Tollensq;



quod coxerat effudit: et posuit coram eo. Et noluit comedere. Dixitque ammon. Eicite uniuersos a me. Cumque ecessent omnes: dixit ammon ad thamar. Infer cibum in condaui: ut uescar de manu tua. Gulit ergo thamar sorbitunculas quas fecerat: et intulit ad ammon fratrem suum in condaue. Cumque obtulisset ei cibum: apprehendit eam et ait. Veni cuba mecum soror mea. Que respondit ei. Noli frater mihi: noli opprimere me. Neque enim hoc fas est in israel. Noli facere stultitiam hanc. Ego enim non potero ferre obprobrium meum: et tu quasi unus de insipientibus existis. Quin potius loquere ad regem: et non negabit me tibi. Noluit autem adquiescere precibus eius: sed preualens uiribus oppressit eam. et cubauit cum illa. Et exorsam eam habuit ammon magno odio nimis: ita ut manus esset odium quo oderat eam. amore quo ante dilexerat. Dixitque ei ammon. Surge et uade. Que respondit ei. Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me. quam quod ante fecisti: expellens me. Et noluit audire eam: sed uocato puero qui ministrabat ei dixit. Eicite hanc a me foras: et claude ostium post eam. Que induta erat talari tunica. Huiusmodi enim filie regis uirgines uestibus utebantur. Eicite itaque eam minister illius foras: clausitque fores post eam. Que aspiciens

cinerem capiti suo. scissa talari tunica impositisque manibus super caput suum: ibat ingrediens et clamans. Dixit autem ei absalon frater suus. Num ammon frater tuus concubuit tecum: Sed nunc soror tace frater tuus est: neque affligas cor tuum pro re hac. Mansit itaque thamar contabescens in domo absalon fratris sui. Cum autem audisset rex dauid uerba hec: contristatus est ualde. Et noluit contristare spiritum filii sui: quoniam diligebat eum. quia primogenitus erat ei. Porro non est locutus absalon ad ammon: nec malum nec bonum. Oderat enim absalon ammon: eo quod uiolasset thamar sororem suam. Factum est autem post tempus biennij ut tonderentur oues absalon in baalaser: que est iuxta ephraim. Et uocauit absalon omnes filios regis. Venitque ad regem: et ait ad eum. Ecce tondentur oues serui tui. Ueniat oro rex cum seruis suis: ad seruum suum. Dixitque rex ad absalon. Noli fili mi noli rogare. ut ueniamus omnes: et grauemus te. Cum autem cogeret eum. et nolisset ire: benedixit ei. Et ait absalon. Si non uis uenire: ueniat obsecro nobiscum saltem ammon frater meus. Dixitque ad eum rex. Non est necesse: ut uadat tecum. Coegit itaque eum absalon: et dimisit eum ammon et uniuersos filios regis. Preceperat



autem absalon pueris suis: dicens.  
**O**bservate cum temulentus fuerit ammon uino et dixeris uobis: percutite eum et interficite. nolite timere. Ego enim sum qui precipio uobis. Roboramini: et estote uiri fortes. Fecerunt ergo pueri absalon. aduersum ammon: sicut preceperat illis absalon. Surgentesque filij regis. ascenderunt singuli mulas suas: et fugerunt. Cumque adhuc pergerent inuolare: fama preuenit ad dauid dicens. Percussit absalon omnes filios regis: et non remansit ex eis saltem unus. Surrexit itaque rex et soluit uestimenta sua: et cecidit super terram. Et omnes serui ipsius qui assistebant ei: ceciderunt uestimenta sua. Respondens autem ionadab filius semmāa fratris dauid: dixit. Ne estimet dominus meus: quod omnes pueri filij regis occisi sint. Amnon solus mortuus est: quoniam in odio absalon erat positus. ex die qua oppressit thamar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum uerbum istud dicens. omnes filij regis occisi sunt: quoniam ammon solus mortuus est. Fugit autem absalon. Et leuauit puer speculator oculos suos. et aspexit: et ecce populus multus ueniebat per iter deuium ex latere montis. Dixit autem ionadab ad regem. Ecce filij regis adsunt. Iuxta uerbum seruitui: sic factum est. Cumque cessasset loqui: apparuerunt et filij re-

gis. Et inuolantes leuaerunt uocem suam: et fleuerunt. Sed et rex et omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis.

**P**orro absalon fugiens: abiit ad tholomai filium amur regem gesur. Lixit ergo dauid filium suum ammon cunctis diebus. Absalon autem cum fugisset et uenisset in gesur: fuit ibi tribus annis. Cessauitque dauid rex persequi absalon: eo quod consolatus esset super ammon interitum. xiii Intelligens autem ioab filius sarue quod cor regis uersum esset ad absalon: misit thecuam et tulit inde mulierem sapientem. dixitque ad eam. Luge te simula. et induere ueste lugubri. et ne unguaris oleo: ut sis quasi mulier plurimo iam tempore lugens mortuum. Et ingredieris ad regem: et loqueris ad eum sermones huiusmodi. Posuit autem ioab uerba in ore eius. Itaque cum ingressa fuisset mulier thecuam ad regem: cecidit coram eo super terram. et adorauit et dixit. Serua me rex. Et ait ad eam rex. Quid cause habes? Que respondit. Hec mulier uidua ego sum. Mortuus est enim uir meus. Et ancillę tuę duo erant filij. Qui rixati sunt aduersum se in agro: nullusque erat qui eos prohibere posset. Et percussit alter alterum: et interfecit eum. Et ecce confurgens uniuersa cognatio aduersum ancillam tuam: dicens. Trade eum qui percussit fratrem suum ut occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit: et deleamus



heredem. Et querunt exanguere  
 ancillam meam que relicta est: ut  
 non sup sit uirio meo nomen et reli-  
 que sup terram. Et ait rex ad mu-  
 lierem. Uade in domū tuam: et  
 ego iubebo pro te. Dixit mulier de-  
 curre ad regem. In me dñe mi rex in-  
 iquitas. et in domum patris mei: rex  
 autē et thronus eius sit innocens.  
 Et ait rex. Qui contradixerit tibi  
 adduc eum ad me: et ultra non ad-  
 det ut tangat te. Que ait. Recor-  
 decur rex dñi dei sui: ut non multi-  
 plicentur proximi sanguinis adul-  
 ciscendum. et nequaquam interfi-  
 ciant filium meum. Qui ait. Viuit  
 dñs: quia non cadet de capillis filij  
 tui sup terram. Dixit ergo mulier.  
 Loquatur ancilla tua ad dñm me-  
 um regem: uerbum. Et ait loque-  
 re. Dixitq; mulier. Quare cogita-  
 sti istiusmodi rem contra populū  
 dei. et loquutus est rex uerbum ist-  
 tud ut peccet et non reducat effectū  
 suum: Omnes morimur: et quasi  
 aque dilabimur in terram que  
 non reuertentur. Nec uult deus  
 penite ammam: sed retractat cogi-  
 tant ne penitus pereat qui abiect<sup>9</sup>  
 est. Nunc igitur ueni ut loquar  
 ad regem dñm meum uerbum hoc:  
 presente populo. Et dixit ancilla  
 tua. Loquar ad regem: si quo mo-  
 do faciat rex uerbum ancille sue.  
 Et audiuit rex uerba ut liberaret  
 ancillam suam de manu omniū  
 qui uolebant de hereditate dñi  
 delere me: et filium meū simul.

Dicat ergo ancilla tua ut fiat uer-  
 bum dñi mei regis: sicut sacrificiū.  
 Sicut enim angelus dñi. sic est dñs  
 meus rex: ut nec benedictione nec  
 maledictione moueatur. Unde  
 et dñs deus tuus est tecum. Et re-  
 spondens rex: dixit ad mulierem.  
 Ne abscondas a me uerbum: qđ  
 te interrogo. Dixitq; mulier. Lo-  
 quere dñe mi rex. Et ait rex. Nū-  
 quid manus <sup>ioab</sup> tecum est in omnib;  
 istis? Respondit mulier: et ait.  
 Per salutem anime tue dñe mi  
 rex: nec ad dexteram nec ad fini-  
 stram est ex omnib; his que loqui-  
 tus est dñs meus rex. Seruus enī  
 tuus ioab. ipse precepit michi. et  
 ipse posuit in os ancille tue om-  
 nia uerba hec: ut uerterem figu-  
 ram sermonis huius. Seruus tuus  
 ioab precepit istud. Tu autem sa-  
 piens es dñe mi sicut habet sapien-  
 tiam angelus dei: ut intelligas om-  
 nia sup terram. Et ait rex ad ioab.  
 Ecce placatus feci uerbum tuum.  
 Vade igitur: et reuoca puerū ab-  
 salon. Cadensq; ioab sup faciem  
 suam in terram: adorauit et bene-  
 dixit regi. Et dixit ioab. Hodie  
 intellexit seruus tuus quia inue-  
 ni grām in oculis tuis dñe mi rex.  
 Fecisti enim sermonem serui tui.  
 Surrexit ergo ioab et abiit in ges-  
 sur: et adduxit absalon in iheru-  
 salem. Dixit autem rex. Reuer-  
 tatur in domum suam: et faciē  
 meam non uideat. Reuersus est  
 itaq; absalon in domum suam:



et faciem regis non uidit.

**P**orro sicut absalō uir n̄ erat pulcher in omni israhel: et decorus nimis. A uestigio pedis usq; ad uerticem: non erat in eo ulla macula. Et quando tondebat capillos. semel autem in anno tondebatur. quia grauabat eum cesaries: ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. Nati s̄ autem absalon filij tres: et filia una nomine thamar. elegantis forme. Mansitq; absalon in iherusalem duob; annis: et faciem regis non uidit. Misit itaq; ad ioab: ut mitteret eum ad regem. Qui noluit uenire ad eum. Cumq; secundo misisset. et ille nolisset uenire: dixit seruis suis. Scis agrum ioab iuxta agrum meum: habentem messem ordei. Ite igitur: et succendite eum igni. Succenderunt ergo serui absalon segetē igni. Surrexitq; ioab et uenit ad absalon in domum eius: et dixit. Quare succenderunt serui tui segetem meam igni? Et respondit absalon ad ioab. Misit ad te obsecrans ut uenires ad me: et mitterem te ad regem: et diceret ei. Quare ueni de gessur? Melius michi erat ibi esse. Obsecro ergo: ut uideam faciem regis. Quod si memor est iniquitatis mee: interficiat me. Ingressus ioab ad regem: nuntiavit ei. Vocatusq; absalon inuauit ad regem: et adorauit sup faciem terre coram eo. Oscu-

latusq; est rex absalon. Igitur post hec fecit sibi absalon currum et eques: et quinquaginta uiros qui precederent eum. Et mane consurgens absalon stabat iuxta introitum porte in uia. et omnem uirū qui habebat negotium ut ueniret ad regis iudicium. uocabat ad se absalon. et dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat. Ex una tribu isrl̄ ego sum seruus tuus. Responditq; ei absalon. Videtur michi sermones tui boni et iusti: sed non est qui te audiat constitutus a rege. Dicebatq; absalon. Quis me constituat iudicē super terram. ut a me ueniant omnes qui habent negotium. et iuste iudicem? Sed et cum accederet ad eum homo ut saluaret illum: extendebat manum suam et apprehendens osculabatur eum. Faciebatq; hoc omni israhel qui ueniebat ad iudicium ut audiret a rege: et sollicitabat corda uiro- rum isrl̄. Post quatuor autē annos: dixit absalon ad regem. Vada et reddam uota mea: que uoui dño in hebron. Uouens enim uouit seruus tuus cum esset in gessur syrie: dicens. Si reduxerit me dñs in iherusalem: sacrificabo dño. Dixitq; ei rex. Vade in pace. Et surrexit: et abiit in hebron. Misit autē absalon exploratores in uniuersas trib; israhel: dicens. Statim ut audieritis clangorem bucinę: dicite regnauit absalon



in hebron. Porro cum absalon ierunt ducenti uiri de iherusalem uocati: euntes simplici corde et causam penitus ignorantes. Accersiuit quoque absalon achitofel gilomitē consiliarium dauid: de ciuitate sua gylō. Cumque immolare uicinas. facta est coniuratio ualida: populusque concurrēs augebatur cum absalon. Venit igitur nuntius ad dauid: dicens. Toto corde uniuersus israhel: sequit̄ absalon. Et ait dauid seruis suis qui erant cum eo in iherusalem. Surgite: et fugiamus. Neque enim erit nobis effugium: a facie absalon. Festinate egređi ne forte ueniens occupet nos: et impellat sup nos rumam. et periciat ciuitatē in ore gladij. Dixeruntque serui regis ad eum. Omnia quecumque preceperit dñs noster rex: libenter exequimur serui tui. Egressus est ergo rex et uniuersa domus eius: pedibus suis. Et dereliquit rex decem mulieres concubinas: ad custodiendam domum. Egressusque rex et omnis isrl̄ pedib; suis: stetit procul a domo. Et uniuersi serui eius ambulabant iuxta eum: et legionef cherethi et selethi et omnes gethei pugnatores ualidi. sexcenti uiri. qui secuti eum fuerant de geth. precedebant regem. Dixit autem rex ad ethai getheum. Cur uenis nobiscum: Reuertere et habita cum rege: quia peregrinus es. et egressus de loco tuo. Hec uenisti. et ho-

die compelleris nobiscum egređi. Ego autem uadam: quo iurus sū. Reuertere: et reduc tecum fratres tuos. Ostendisti grām et fidem. Et respondit ethai regi: dicens. Viuit dñs. et uiuit deus meus rex: qm̄ in quocumque loco fueris dñe mi rex siue in morte siue in uita. ibi erit seruus tuus. Et ait dauid ethai. Ueni: et transi. Et transiuit ethai getheus: et omnes uiri qui cum eo erant et reliqua multitudo. Omnesque flebant uoce magna: et uniuersus popl̄s transiebat. Rex quoque transgredebatur torrentem cedron: et cum eis populus incedebat contra uiam que respicit ad desertum. Venit autē et sadoc et uniuersi leuite cum eo erant portantes artham federis dei: et deposuerunt artham dei. Et ascendit abiathar donec expletus est omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad sadoch. Reporta artham dei in urbem. Si inuenero grām in oculis dñi: reducet me. et ostendet michi eam. et tabernaculum suum. Si autem dixerit non places: presto sum. faciat quod bonum est coram se. Et dixit rex ad sadoc sacerdotem. Ouidens reuertere in ciuitatem in pace: et achimaas filius tuus. et ionathas filius abiathar duo filij uiri uobiscum sint. Ecce ego abscondar in campestribus deserti: donec ueniat sermo a uobis indicans m̄.



Reportauerunt igitur sadoch et  
abiathar archam dei iherusalem:  
et manserunt ibi. Porro dauid  
ascendebat diuum oliuarū scan-  
dens et fleus: opto capite et nu-  
dis pedib; incedens. Sed et omnis  
populus qui erat cum eo: opto  
capite ascendebat plorans. Nū-  
tium est dauid autē: quod et  
achitofel esset in coniuratione  
cum absalon. Dixitq; dauid. In-  
facua queso dnē consilium achi-  
tofel. Cumq; ascenderet dauid  
summitatem montis in quo ado-  
raturus erat dn̄m: ecce occurrit  
ei chusai arachites scissā ueste. et  
terra pleno capite. Et dixit ei da-  
uid. Si ueneris mecum: eris michi  
oneri. Si autem in ciuitatem reuer-  
taris. et dixeris absalon. seruus  
tuus sum rex. sicut fui seruus pa-  
tris tui sic ero seruus tuus: dissipa-  
bis consilium achitofel. habes au-  
tem tecum sadow. et abiathar sa-  
cerdotes: et omne uerbum quod  
cumq; audieris de domo regis. in-  
dicabis sadow et abiathar. sacerdo-  
tibus. Sunt autem cum eis duo  
filij eorum achimāas filius sadow.  
et ionathan filius abiathar: <sup>uincit</sup>  
<sup>temp</sup> eos ad me omne uerbum  
quod audieritis. Veniente ergo  
chusai amico dauid in ciuitate:  
absalon quoq; ingressus est ihe-  
rusalem. Cumq; dauid transisset  
paululum montis uerticem: ap-  
paruit siba puer misphibosech  
in occursum eius cum duob; asinis

qui onerati erant ducentis panibus.  
et centum alligaturis uue passe. et  
centum massis palatarū. et <sup>duob;</sup> uiribus  
uini. Et dixit rex sibe. Quid sibi uo-  
lunt hec? Responditq; siba. Asini  
domestici regis ut sedeant: et panes  
et palatē aduescendum pueris eius.  
Unum autē ut bibat siquis defere-  
rit in deserto. Et ait rex. Vbi est fi-  
lius dn̄i tui? Responditq; siba regi.  
Remansit in iherusalem dicens:  
hodie restituet michi domus isrl̄  
regnum patris mei. Et ait rex sibe.  
Tua sint omnia que fuerunt misphi-  
bosech. Dixitq; siba. Oro inueniam  
grām coram te dn̄e in rex. Uenit  
ergo dauid: usq; baurim. Et ecce  
egrediebatur inde uir de cognatio-  
ne domus saul nomine semei: fili-  
us gera. Procedebat egrediens et ma-  
ledicebat: mittebatq; lapides con-  
tra dauid. et contra uniuersos ser-  
uos regis dauid. Omnis autē popu-  
lus et uniuersi bellatores: a dextro  
<sup>in sinistro latere regis incedebat.</sup> Ita  
autē loquebatur semei: cum ma-  
lediceret regi. Egredere egredere  
uir sanguinum: et uir beial. Red-  
didit tibi dn̄s uniuersum sanguinē  
domus saul. qm̄ inuasisti regnum  
pro eo: et dedit dn̄s regnum in ma-  
nu absalon filij tui. et ecce premūt  
te mala tua. qm̄ uir sanguinum  
es. Dixit autē abisai filius saruē  
regi. Quare maledicit canis hic mo-  
riturus dn̄o meo regi? Uadam et  
amputabo caput eius. Et ait rex.  
Quid michi et uobis est filij saruē?



Dimitte eum ut maledicat. **D**ñs  
 eñ precepit ei: ut malediceret dauid.  
 Et quis est qui audeat dicere. quare  
 sic fecerit. Et ait rex abisai et uni-  
 uersis seruis suis. Ecce filius meus q̄  
 egressus est de utero meo querit ani-  
 mam meam. quanto magis hic fili-  
 gemini. Dimitte eum ut maledi-  
 cat iuxta preceptum dñi: si forte re-  
 spiciat dñs afflictionem meam. et  
 reddat michi bonum pro maledicti-  
 one hac hodierna. Ambulabat  
 itaq; dauid et socij eius: per uiam  
 cum eo. Senei autem per iugum  
 montis ex latere contra illum gradi-  
 ebantur: maledicebat et mittens la-  
 pides aduersum eum terramq; spar-  
 gens. Venit itaq; rex et uniuersus  
 populus cum eo lassus: et refocila-  
 ti sunt ibi. Absalon autē et omnis  
 populus isrl̄ ingressi sunt iherusa-  
 lem: sed et achitofel cum eo. Cum  
 autē uenisset chusai arachiten ami-  
 cus dauid ad absalon: loquutus est  
 ad eum. Salue rex salue rex. Ad qm̄  
 absalon. Hec est inquit gratia tua:  
 ad amicum tuum. Quare non isti  
 cum amico tuo. Responditq; chu-  
 sai ad absalon. Nequaquam: quia  
 illius ero quem elegit dñs. et omnis  
 hic populus et uniuersus isrl̄: et  
 cum eo manebo. Sed ut et hoc ego  
 miseram. cui ego seruiturus sum?  
 Nonne filio regis? Sicut parui pa-  
 tri tuo: sic parebo et tibi.

**D**ixit autem absalon ad achitofel.  
 Inite consilium: quid agere debe-  
 amus. Et ait achitofel ad absalon.

Ingredere ad concubinas patris tui  
 quas dimisit ad custodiendam do-  
 mum: ut cum audierit omnis isrl̄  
 quod sedaueris patrem tuum. ro-  
 borentur manus eorum tecum. Te-  
 tenderunt igitur absalon taberna-  
 culum in solario. Ingressusq; est  
 ad concubinas patris sui: coram  
 uniuerso isrl̄. Consiliū autem achi-  
 tofel quod dabat in dieb; illis: q̄si  
 si siquis confuleret dñm. Sic erat om-  
 ne consilium achitofel: et cum esset  
 cum dauid. et cum esset cum absa-  
 lon. Dixit igitur achitofel ad absa-  
 lon. Eligam michi duodecim milia  
 uirozum: et consurgens psequar  
 dauid hac nocte. et irruens sup eū.  
 quippe qui lassus est. et solutus ma-  
 nib; percutiam eum. Cumq; fugerit  
 omnis populus qui cum eo est. per-  
 cutiam regem desolatum: et reducam  
 uniuersum populum quomodo  
 reuerti solet unus homo. Vnum  
 eñ uirum tu queris: et omnis po-  
 pulus erit in pace. Placuitq; sermo  
 eius absalon: et cunctis maioribus  
 natu israhel. Ait autē absalon.  
 Uocate et chusai arachiten: et au-  
 diamus quid etiam ipse dicat. Cūq;  
 uenisset chusai ad absalon: ait ab-  
 salon ad eum. Huiusmodi sermo-  
 nem loquutus est achitofel. Facere  
 debemus an non? Quod das confi-  
 lium? Et dixit chusai ad absalon.  
 Non bonum consilium quod de-  
 dit achitofel hac uice. Et rursum  
 intulit chusai. Tu nosti patrem  
 tuum et uiros qui cum eo sunt.

xlvj. c.



esse fortissimos et amaro animo: ueluti si uirsa rapis caculis in saltu sequat. Sed et pater tuus uir bellator est: nec morabitur cum populo. Forsitan nunc latitat in foueif: aut in uno quo uoluerit loco. Et cum ceciderit unus quibbet in principio: audiet quicumq; audierit et dicit. Facta est plaga in populo: qui sequebatur absalon. Et fortissimus quoq; cuius cor est quasi leonis: pauore soluetur. Scit enim omnis populus isrl forte esse patrem tuum: et robustos omnes qui cum eo sunt. Sed hoc michi rectum uidetur esse consiliu. Congregetur ad te uniuersus isrl a dan berlabee quasi arena maris innumerabilis: et tu eris in medio eorum. Et irruemus super eum in quocunq; loco fuerit inuentus. et operiemus eum sicut cadere solet ros sup terram: et non relinquemus de uiris qui cum eo sunt ne unum quidem. Quod si urbem aliquam fuerit ingressus: circumdabit omnis isrl ciuitati illi funes. et trahemus eam in torrentem. ut non reperiat nec calculus quidem ex ea. Dixitq; absalon et omnis uir isrl. Melius est consiliu chusai arachite: consilio achitofel. Oni autem nutu dissipatum est consiliu achitofel utile: ut induceret dñs sup absalon malum. Et ait chusai sadoc et abriathar sacerdotibus. Hoc et hoc modo con-

silium dedit achitofel absalon et semorib; isrl: et ego tale et tale dedi consiliu. Nunc ergo mitte cito et nuntiate dauid dicentes. ne morem in nocte hac in campestris; deserti: sed absq; dilatione transgredere ne forte absorbeat rex. et omnis populus qui cum eo est. Ionathan autē et achimaas: stabant iuxta fontē rogel. Abijt ancilla et nuntiauit eis: et illi pfecti sunt ut referrent ad regem dauid nuntium. Non enim poterant uideri aut intrare ciuitatem. Vidit autem eos quidam puer: et indicauit absalon. Illi uero concreto gradu ingressi sunt domum cuiusdam uiri in baurim. qui habebat puteum in uestibulo suo: et descendunt in eum. Gulit autē mulier et expandit uelamen sup os putei quasi siccans topsanas: et sic latuit res. Cumq; uenissent serui absalon ad mulierem in domū: dixerunt. Vbi est achimaas et ionathan: Et respondit eis mulier. Transierunt. gustata paululum aqua. At hi qui querebant: cum non inuenissent. reuersi sunt iherusalem. Cumq; abissent. ascenderunt illi de puteo: et pgentes nuntiauerunt regi dauid atq; dixerunt. Surgite transite cito fluuium: qm huiusmodi dedit consiliu contra uos achitofel.

**S**urrexit ergo dauid et omnis populus qui erat cum eo. et transierunt iordanem donec dilucesceret



et ne unus quidem residuus fuit qui non transisset fluvium. Porro achitofel uident quod non fuisset factum consilium suum. stravit asinum suum: et surrexit et abiit in domum suam: et in ciuitatem suam. Et disposita domo sua suspendio interijt: et sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autem uenit in castris: et absalon transiuit iordanem ipse et omnes uiri israhel cum eo. Amasan uero constituit absalon pro ioab: sup exercitum. Amasa autem erat filius uiri qui uocabatur iechra de iesreli: qui ingressus est ad abigail filiam naas sorore saruie que fuit mater ioab. Et castrametatus est israhel cum absalon: in terra galaad. Cumq; uenisset dauid in castra: sobi filius naas derabath filiorum ammon. et machir filius ammihel de lodabar. et bezellai galaadites de rogelim. obtulerunt ei stratoria. et tapeta. et uasa fictilia. frumentum et ordeum. et farinam. polentam. et fabam. et lentam. et sicut cicer. et mel. et butyrum. oues. et pingues uiculos: dederuntq; dauid et populo qui erat cum eo ad uescendum. Suspicati sunt enim populum fame et siti fatigari in deserto. Igitur considerato dauid populo suo. constituit sup eos tribunos et centuriones: et dedit populi tertiam partem sub manu ioab. et tertiam sub manu abisai filij saruie frs ioab. et tertiam sub manu ethai

qui erat de geth. Dixitq; dauid rex ad populum. Egrediar et ego uobiscum. Et respondit populus. Non exibis. Siue enim fugerimus. non magnopere ad eos de nobis ponebit. siue media pars occiderit e nobis. non satis curabunt: quia tu unus pro decem milibus computaris. Melius est igitur: ut sis nobis in urbe presidio. Ad quos rex ait. Quod uobis rectum uidetur: hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam. Egrediebatur populus per turmas suas centum et millem. Et precepit rex ioab et abisai et ethai: dicens. Seruate in puerum absalon. Et omnis populus audiebat precipientem regem cunctis principib; pro absalon. Itaq; egressus est populus in campum: contra isrl. Et factum est prelium in saltu ephraim: et cecidit ibi populus isrl ab exercitu dauid. factaq; est plaga magna in die illa. uiginti milium. Fuit autem ibi prelium dispersum sup faciem omnis terre: et multo plures erant q; saltu consumpserat de populo. quam hi quos uocauerat gladius in die illo. Accidit autem ut occurreret absalon seruis dauid. sedens mulo. Cumq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum magnam: adhesit caput eius quercui. Et illo suspeso inter celum et terram: mulus cui insederat pertran- sivit. Vidit autem hoc quispiam:



et nuntiavit ioab dicens. Uidi ab-  
salon pendere de quercu. Et ait  
ioab uiro qui nuntiauerat ei. Si  
uidisti quare non confodisti eum  
cum terra. et ego dedissem tibi de-  
cem argenti siclos. et unū balteum.  
Qui dixit ad ioab. Si appenderes  
in manib; meis mille argenteos.  
nequaquam mitterem manum  
meam in filium regis. Audienda  
bus enī nobis precepit rex tibi et  
abisaī et ethai dicens. custodite mi-  
chi puerum absalon. Sed et si fecis-  
sem contra animam meam auda-  
cter. nequaquam hoc regem late-  
re potuisset. et tu stares ex aduer-  
so. Et ait ioab. Non sicut tu uis.  
sed adgrehar eum coram te. Tu-  
lit ergo ioab tres lanceas in manu  
sua. et infixit eas in corde absalon.  
Cumq; adhuc palpitaret herens  
in quercu. cucurrerunt decem  
iuuenes armigeri ioab. et pueri-  
centes interfecerunt eum. Cecidit  
autē bucina ioab. et tenuit po-  
pulum ne psequeretur fugientē  
israhel. uolens partere multitudi-  
ni. Et tulerunt absalon et piece-  
runt eum in saltu in foueam grā-  
dem. et comportauerunt super  
eum aceruum lapidum magnū  
nimis. Omnis autē israhel fugit  
in tabernacula sua. Porro absa-  
lon crexerat sibi cum adhuc ui-  
ueret titulum. qui est in ualle  
regis. Dixerat enim. Non habeo  
filium. et hoc erit monumentū  
nominis mei. Vocauitq; titulū

nomine suo. et appellatur manus  
absalon usq; ad hanc diem. Achi-  
maas filius sadoch. ait. Curram et  
nuntiabo regi. quia iudiciū fecerit  
ei dñs de manu inimicorū eius. Ad-  
quē ioab dixit. Non eris nuntius  
in hac die. sed nuntiabis in alia.  
Hodie nolo te nuntiare. Filius enī  
regis. est mortuus. Et ait ioab chu-  
si. Vade et nuntia regi quę uidisti.  
Adorauit chusi ioab. et cucurrit.  
Rursus autē achimaas filius sadoch.  
dixit ad ioab. Quid impedit si etiā  
ego curram post chusi. Dixitq; ei  
ioab. Quid uis currere fili mi. Non  
eris boni nuntij uanulus. Qui respon-  
dit. Quid enī si cucurrero. Et ait  
ei. Curre. Current ergo achimaas  
per uiam compendij. transiit  
chusi. Dauid autem sedebat inter  
duas portas. Speculator autē qui  
erat in fastigio porte sup murum.  
elevant oculos uidit hominē cur-  
rentem solum. et exclamans indi-  
cauit regi. Dixitq; rex. Si solus est.  
bonus est nuntius in ore eius. Pro-  
perante autē illo et accedente pro-  
pius. uidit speculator hominem al-  
terum currentem. et uociferans  
in culmine ait. Apparet michi ho-  
mo currentis solus. Dixitq; rex. Et  
iste bonus est nuntius. Speculator  
autē. contemplet ait. cursum prio-  
ris quasi cursum achimaas filij sa-  
doch. Et ait rex. Vir bonus est. et  
nuntium portans bonum uenit.  
Clamans autē achimaas. dixit ad  
regem. Salue rex. Et adorans regē



coram eo pronus in terram: ait. Be-  
 nedictus dñs deus tuus: qui conclu-  
 sit homines qui leuauerunt manū  
 suas contra dñm meum regem. Et  
 ait rex. Estne pax puero absalon?  
 Dixitq; achimaas. Vidi tumultum  
 magnum cum mitteret ioab ser-  
 uos tuos o rex me seruum tuum.  
 Nescio aliud. Ad quem rex. Transi  
 ait: et sta hic. Cumq; ille transisset  
 et staret: apparuit chusi. Et ueni-  
 ens ait. Bonum apporto nuntium  
 dñe mi rex. Iudicauit enī pro te do-  
 minus hodie: de manu omnium  
 qui surrexerunt contra te. Dixit  
 autem rex ad chusi. Estne pax pue-  
 ro absalon? Cui respondens chusi:  
 frant inquit sicut puer inimici do-  
 mini mei regis. et uniuersi qui con-  
 surgunt aduersum eum in malū.  
 Contristatus itaq; rex ascendit ce-  
 naculum porte: et fleuit. Et sic lo-  
 quebatur uadens. Fili mi absalon:  
 absalon fili mi. Quis michi tribuat  
 ut ego moriar pro te? Absalon fili  
 mi: fili mi absalon. Nuntiatum est  
 autē ioab quod rex fleret: et luge-  
 ret filium suum. Et uersa est victo-  
 ria in luctum in die illa: omni po-  
 pulo. Audiuit enim populus in die  
 illa dici: dolet rex sup filio suo. Et  
 declinauit populus in die illa in-  
 gredi ciuitatem: quomodo decli-  
 nare solet populus uersus et fugi-  
 ens de prelio. Porro rex operuit  
 caput suum: et clamabat uoce  
 magna. Fili mi absalon: absalon fi-  
 li mi. Ingressus ergo ioab ad regem

in domum: dixit. Confudisti ho-  
 die uultus omnium seruatorum tuo-  
 rum qui saluam fecerunt animā  
 tuam. et animam filiorum tuorū  
 et filiarū tuarū. et animam uxo-  
 rum tuarum: et animam concu-  
 bmarum tuarū. Diligis odientes  
 te: et odio habes diligentes te. Et  
 ostendisti hodie quia non curas  
 de ducibus tuis: et de seruis tuis.  
 Et uere cognoui modo quia si ab-  
 salon uiuere et omnes nos occubu-  
 issemus: tunc placeret tibi. Nunc  
 igitur surge et procede: et alloqñs  
 sacis fac seruis tuis. Iuro enī tibi p  
 dñm. quod si non exieris: ne unus  
 quidem remansurus sit tecum no-  
 de hac. Et perus erit hoc tibi quā  
 omnia mala que uenerunt sup  
 te ab adolescentia tua usq; in pre-  
 sens.

**S**urrexit ergo rex et sedit in porta:  
 et omni populo nuntiatū est quod  
 rex sederet in porta. Venitq; unuer-  
 sa multitudo coram rege. Israhel  
 autē: fugit in tabernacula sua.  
 Omnis quoq; populus certabat  
 in cunctis tribub; israhel: dicens.  
 Rex liberauit nos de manu mimi-  
 corum nrōrum: ipse saluauit nos  
 de manu phylistinorū. et nunc  
 fugit de terra propter absalon. Ab-  
 salon autem quem unxiimus sup  
 nos: mortuus est in bello. Vique-  
 quo fileas. et non reducis regem:  
 Rex uero dauid misit ad sadoch et  
 ad abiathar sacerdotes: dicens. Lo-  
 quimini ad maiores natu iuda:



dicentes. Cur uenias nouissimum  
ad reducendum regem in domum  
suam? Sermo autem omnis isrl  
puenerat ad regem in domo eius.  
Frater mei uos: os meum et caro  
mea uos. Quare nouissimum redu-  
cis regem. Et amase dixit. Non  
ne os meum et caro mea es? Hec  
faciat michi deus et hec addat:  
si non magister militie fueris co-  
ram me omni tempore pro ioab.  
Et inclinauit cor omnium ui-  
rorum iuda: quasi unus unus.  
Miseruntq; ad regem: dicentes.  
Reuerte: tu et omnes serui tui.  
Et reuersus est rex: et uenit usq;  
ad iordanen. Et iuda uenit in  
galgala: ut occurreret regi. et  
transduceret eum iordanen. Fe-  
stinauit autem semei filius ge-  
ra filij gemini de bahurim. et  
descendit cum uiris iuda in occur-  
sum regis dauid cum mille uiris  
de beniamin: et siba puer de do-  
mo saul. et quindecim filij eius.  
ac uiginti serui erant cum eo.  
Et irumpentes iordanen ante  
regem transierunt uada: ut trans-  
duceret domum regis. et faceret  
iuxta iussionem eius. Semei au-  
tem filius gera prostratus coram rege  
cum iam transisset iordanen: di-  
xit ad eum. Ne reputes michi dñe  
iniquitatem: neq; memineris  
iniuriarum serui tui in die qua e-  
gressus es dñe mi rex de iherusa-  
lem. neq; ponas rex in corde tuo.  
Agnosco enim seruus tuus pecca-

tum et ideo hodie ueni primus de  
omni domo ioseph. descendiq; in oc-  
cursum dñi mei regis. Respondens  
uero abisai filius saruie: dixit. Nū-  
quid pro his uerbis non occidetur  
semei. qui maledixit xpo dñi? Et  
ait dauid. Quid michi et uobis fi-  
lij saruie? Cur efficiamini hodie in  
in sachan? Ergone hodie interfici-  
etur uir in isrl? An ignoro hodie  
me factum regem sup isrl? Et ait  
rex semei. Non morieris. Iurauitq;  
ei. Miphiboseth quoq; filius saul  
descendit in occursum regis in lo-  
tis pedibus; et in tonsa barba: uestesq;  
suas non lauerat a die qua egres-  
sus fuerat rex usq; ad diem reuer-  
sionis eius in pace. Cumq; iherusa-  
lem occurrisset regi: dixit ei rex.  
Quare non uenisti mecum miphy-  
boseth? Qui respondens ait. Dñe  
mi rex: seruus meus contempsit  
me. Dixi enim famulus tuus ut ster-  
neret michi asinum: et ascendens  
abirem cum rege. Claudus enim  
sum seruus tuus. Insup et accusa-  
uit me seruum tuum: ad te dñm  
meum regem. Tu autem dñe mi rex  
sicut angelus dei: fac quod placi-  
tum est tibi. Neq; enim fuit domus  
patris mei. nisi morti obnoxia dño  
meo regi. Tu autem posuisti me ser-  
uum tuum inter conuiuas mensae  
tuae. Quid igitur habeo iuste que-  
relae. aut quid possum ultra uociferari  
ad regem? Ait autem ei rex. Quid ultra loquaris?  
Fixum est quod locutus sum. Tu et  
siba diuidite possessiones. Responditq; mi-



phibosech regi. Etiam cuncta accipiat:  
 postquam reuersus est dñs meus  
 rex pacifice in domū suam. Ber-  
 zellai quoq; galaadites descendens  
 de rogelim. transduxit regem ior-  
 danen: paratus etiam ultra flu-  
 uium psequi eum. Erat autem  
 berzellai galaadites senex ualde.  
 id est octogenarius: et ipse prebu-  
 it alimenta regi cum moraretur  
 in castris. Fuit quippe uir diues  
 nimis. Dixitq; rex ad berzellai.  
 Veni mecum: ut requiescas secu-  
 rus mecum in iherusalem. Et ait  
 berzellai ad regem. Quot sunt  
 dies annorum uite mee ut ascen-  
 dam cum rege iherusalem: Octo-  
 genarius sum hodie. Numquid ui-  
 gent sensus mei ad discernendum sua-  
 ue aut amarum. aut delectare po-  
 test seruum tuum cibus ac potus.  
 uel audire possum ultra uocē can-  
 torum atq; cantatricum: Quare  
 seruus tuus fit oneri dño meo regi:  
 Paululum pcedam famulus tuus  
 ab iordane tecum. Nec indigeo  
 hac uicissitudine: sed obsecro ut  
 reuertar seruus tuus et moriar in  
 ciuitate mea. et sepeliar iuxta se-  
 pulchrum patris mei et matris  
 mee. Est autem seruus tuus cha-  
 maam. ipse uadat tecum dñe mi  
 rex: et fac ei quod tibi bonum ui-  
 detur. Dixitq; rex. Mecum transe-  
 at chamaam: et ego faciam ei q̄c-  
 quid tibi placuerit. et omne quod  
 petieris a me impetrabis. Cumq;  
 transisset uniuersus populus et

rex iordanen: osculatus est rex ber-  
 zellai. et benedixit ei. Et ille re-  
 uersus est in locum suum. Transi-  
 uit ergo rex in galgalam: et chama-  
 am cum eo. Omnis autē populus  
 iuda transduxerat regem: et me-  
 dia tantum pars assuerat de popu-  
 lo israhel. Itaq; omnes uiri israhel  
 concurrentes ad regem: dixerunt  
 ei. Quare te furati sunt fratres  
 nri uiri iuda et transduxerunt  
 regem et domum eius iordanen.  
 omnesq; uiros dauid cum eo: Et  
 respondit omnis uir iuda ad ui-  
 ros israhel. Quia pprior michi est  
 rex. Cur uasceris sup hac re: Nū-  
 quid comedimus aliquid ex rege.  
 aut munera nobis data sunt: Et  
 respondit uir israhel ad uiros iu-  
 da: et ait. Decem partib; maior ego  
 sum apud regem: Magisq; ad me  
 ponet dauid quam ad te. Cur  
 michi fecisti in iuriam. et non mi-  
 chi nuntiatum est priori ut redu-  
 cerem regem meum: Durius autē  
 responderunt uiri iuda: uiris isrl.  
**A**ccidit quoq; ut ibi esset uir be-  
 thial nomine sebā filius bochri. iur-  
 gemmeus. et cecinit bucina: et ait.  
 Non est nobis pars in dauid: neq;  
 hereditas in filio isai. Reuertere  
 in tabernacula tua israhel. Et se-  
 paratus est omnis isrl a dauid: se-  
 quutusq; est sebā filium bochri.  
 Viri autem iuda adhererunt re-  
 gi suo: a iordane usq; ad iherusa-  
 lem. Cumq; uenisset rex in domū  
 suam in iherusalem: tulit decem



mulieres concubinas suas quas de-  
reliquerat ad custodiendam do-  
mum. et tradidit eas in custodia  
alimenta eis prebens. Et non in-  
gressus est ad eas. sed erant clausæ.  
usq; ad diem mortis sue in uidui-  
tate uiuentes. Dixit autem rex  
amase. Conuoca michi omnes  
uiros iuda in diem tertium. et tu  
adesto presens. Abijt ergo amasa  
ut conuocaret iudam. et morat<sup>us</sup>  
est extra placitum quod ei consti-  
tuerat rex. At autem dauid ad  
abisai. Nunc magis afflicturus  
est nos seba filius bochri. quam  
absalon. Tolle igitur seruos dñi  
tui et psequere eum. ne forte in-  
ueniat ciuitates munitas. et effu-  
giat nos. Egressi sunt ergo cum  
eo uiri ioab. cerechi quoq; et phe-  
lechi et omnes robusti exierunt de  
iherusalem. ad psequendum seba  
filium bochri. Cumq; illi essent  
iuxta lapidem grandem qui est  
in gabaon. amasa ueniens occur-  
rit eis. Porro ioab uestitus erat  
tunica stricte ad mensuram habi-  
tus sui. et desup accinctus gladio  
dependente usq; illa in uagina.  
qui fabrefactus leui motu egredi  
poterat et percutere. Dixitq; io-  
ab ad amasam. Salue mi frater.  
Et tenuit manu dextera mentu  
amase. quasi osculans eum. Por-  
ro amasa non obseruauit gladi-  
um quem habebat ioab. Qui p-  
cussit eum in latere et effudit  
in terra eius in terram. nec se-

cundum iubitus apposuit. Ioab  
autem et abisai frater eius. psequu-  
ti sunt seba filium bochri. Interea  
quidam uiri cum stentent iuxta  
cadauer amase de socijs ioab. dix-  
runt. Ecce qui esse uoluit pro ioab.  
comes dauid. Amasa autem. confu-  
sus sanguine iacebat in media uia.  
Vidit hoc quidam uir quod subfi-  
steret omnis populus ad uidendum  
eum. et amouit amasam de uia in  
agrum. operuitq; eum uestimento.  
ne subsisterent transeuntes propter  
eum. Amoto igitur illo de uia. tran-  
siebat omnis uir sequens ioab. ad  
persequendum seba filium bochri.  
Porro ille transierat per omnes trib;  
israhel in abellam et in bechmacham.  
omnesq; electi congregati fuerant  
ad eum. Venerunt itaq; et oppugna-  
bant eum in abella et in bechma-  
cha. Et circumdederunt munitio-  
nibus ciuitatem. et obsessa est urbs.  
Omnis autem turba que erat cum  
ioab. moliebatur destruere muros.  
Et exclamauit mulier sapiens de  
ciuitate. Audite audite. dicite io-  
ab. Appropinqua huc. et loquar  
tecum. Qui cum accessisset ad eam.  
ait illi. Tu es ioab. Et ille respon-  
dit. Ego. Ad quem sic loquuta est.  
Audi sermones ancille tue. Qui re-  
spondit. Audio. Rursumq; illa. <sup>rogantes qd sunt israhel</sup>  
Sermo inquit dicebatur in ueteri <sup>et in dan dicentes.</sup>  
puerbio. Qui interrogant. interro-  
gant in abella. et sic pfiiebant. Non  
ne ego sum que respondeo ueritate  
israhel. et tu queris subuertere cui-



<sup>ciuitatem</sup>  
 tatem et euertere matrem in israhel.  
 Quare precipital hereditatem dñi?  
 Respondensq; ioab: ait. Absit absit  
 a me hoc. Non precipito: neq; de  
 molior. Non se sic habet res: sed ho  
 mo de monte ephraim seba filius  
 bochri cognomine. leuauit manū  
 suam contra regem dauid. Gradi  
 te illum solum: et recedemus a ci  
 uitate. Et ait mulier ad ioab. Ecce  
 caput eius: mittetur ad te per mu  
 rum. Ingressa est ergo ad omnem  
 populum: et loquuta est eis sapi  
 enter. Qui abscisum caput seba fi  
 lio bochri: proiecerunt ad ioab.  
 Et ille cecinit tuba: et recesserunt  
 ab urbe. unusquisq; in tabernacu  
 la sua. Ioab autem reuersus est ihe  
 rusalem ad regem. Fuit ergo ioab  
 sup omnem exercitum israhel. Ba  
 naias autē filius ioiade. sup cereche  
 os et pheletheos. Aduram uero: sup  
 tributa. Porro iosaphat filius abi  
 lud. a comentarijs. Siba autē scri  
 ba. Sadoch uero et abiathar: sacer  
 dotes. Hyra autem hiarites: sacerdos  
 dauid erat. Facta est quoq; famel in  
 dieb; dauid trib; annis iugiter: et  
 consuluit dauid oraculum dñi. Di  
 xitq; dñs. Propter saul et domū  
 eius et sanguinem: quia occidit  
 gabaonitas. Vocatus ergo gabaoni  
 tis rex: dixit ad eos. Porro gabaoni  
 te non erant de filijs isrl: sed reli  
 que amorreorum. Filij quippe is  
 rahel iurauerant eis: et uoluit sa  
 ul pcutere eos zelo quasi pro filijs  
 israhel et iuda. Dixit ergo dauid

ad gabaonitas. Quid faciam uobis.  
 et quod erit uestri placitum. ut  
 benedicatis hereditati dñi. Dixe  
 runtq; ei gabaonite. Non est no  
 bis sup argento et auro questio:  
 sed cōtra saul et contra domū eius.  
 neq; uolumus ut interficiatur ho  
 mo de israhel. Ad quos ait rex.  
 Quid ergo uultis ut faciam uobis?  
 Qui dixerunt regi. Virum qui at  
 truit nos et oppressit inique. ita  
 delere debemus: ut ne unus qui  
 dem residuus sit de stirpe eius in  
 cunctis finibus israhel. Dentur no  
 bis septem uiri de filijs eius: ut cru  
 cifigamus eos dño in gabaath saul  
 quondam electi dñi. Et ait rex.  
 Ego dabo. Peperitq; rex miphibo  
 seth filio ionathan filij saul. ppter  
 iusiurandum dñi quod fuerat  
 inter dauid et inter ionathan fili  
 um saul. Guliit itaq; rex duos fili  
 os resphe filie haria quos peperit  
 saul armom et miphibosech. et  
 quinque filios michol filie saul. qñ  
 genuerat adriheli filio berzellai  
 qui fuit de molathi: et dedit eos  
 in manu gabaonitarum. Qui cru  
 cifixerunt eos in monte coram  
 dño. Et ceciderunt hi septē simul  
 occisi in dieb; messis primi. incipien  
 te messione hordei. Tollens autē  
 resphe filia haria cibum substra  
 uit sibi sup petram ab initio mes  
 sis donec stillaret aqua sup eos de  
 celo: et non dimisit aues lacerare  
 eos per diem. neq; bestias per no  
 ctem. Et nunciata sunt dauid

XXI. r.



que fecerat resphe filia haia concubina saul. Et abiit dauid et tulit ossa saul et ossa ionathan filij eius a uiribus iabel galaad qui furati fuerant ea de platea bethsan in qua suspenderant eos philistinim. cum interfecissent saul in gelboe: et asportauit inde ossa saul et ionathan filij eius. Et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant. sepelierunt ea cum ossibus saul et ionathan filij eius: in terra beniamin in latere sepulchri cuius patris eius. Feceruntque omnia que preceperat rex: et reprobatus est dominus terre post hec.

**F**actum est autem rursum prelium philistinorum. aduersum israel: et dauid descendit et serui eius cum eo. et pugnabant contra philistinim. Deficiente autem dauid. iesuidenob qui fuit de genere arafa. cuius ferrum haste trecentas uncias appendebat et accinctus erat ense nouo: inuisus est pugnare dauid. Presidioque ei fuit abisai filius saruie: et percussit philistinum interfecit. Tunc irruerant uiri dauid dicentes. Non egredieris nobiscum in bellum: ne extinguas lucernam israel. Secundum quoque fuit bellum in gob: contra philisteos. Tunc percussit sobochai de usathi: sephi de stirpe arafa de genere gigantium. Tertium quoque fuit bellum contra philisteos in gob: in quo percussit adeodatus filius satuf polimi-

carus bellemites gobiath getheum. cuius haste haste erat quasi licia torum centurum. Quartum bellum fuit in geth: in quo uir excelsus qui senos in manibus; pedibusque habebat digitos. id est uiginti quatuor. et erat de origine arafa: et blasphemauit. isrl. Percussit autem eum ionathan filius samaa: fratris dauid. Hi quatuor non sunt de arafa in geth: et ceciderunt in manu dauid et seruorum eius. xxvii  
Loquutus est autem dauid domino uerba carminis huius in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum: et de manu saul: et dixit. Dominus petra mea et robur meum: et saluator meus. Deus meus fortis meus: et sperabo in eum. Scutum meum et cornu salutis mee. eleuatum meum et refugium meum. saluator meus: de iniquitate liberabis me. Laudabilem in uocabo dominum. et ab inimicis meis saluus ero: quia circumdederunt me contiones mortis. torrentes belial truerunt me. Funes inferi circumdederunt me: preueniunt me laquei mortis. In tribulatione mea in uocabo dominum: et ad dominum meum clamabo. Et exaudiet de templo sancto suo uocem meam: et clamor meus ueniet in aures eius. Commo-ta est et contremuit terra. fundamenta montium concussa sunt et conuassata: quoniam iratus est. Ascendit fumus de naribus eius. et ignis de ore eius uorauit: carbones



incensi sunt ab eo. Et inclinauit  
 celos et descendit: et caligo sub pedi-  
 bus eius. Et ascendit sup cherubin  
 et uolauit: et lapsus est sup pen-  
 nas uenti. Posuit tenebras in circu-  
 itu suo latibulum: cribrans aquas  
 de nubibus celoru. Prefulgore in  
 conspectu eius: accensi sunt carbo-  
 nes ignis. Gonabit de celo dñs: et  
 excelsus dabit uocem suam. Misit  
 sagittas et dissipauit eos: fulgur  
 et consumpsit eos. Et apparuerunt  
 effusiones maris: et reuelata sunt  
 fundamenta orbis. ab increpatione  
 dñi. ab increpatione spiritus  
 furoris dñi. Misit de excello et  
 assumpsit me: et extraxit me de  
 aquis multas. Liberauit me ab  
 inimico meo potentissimo. ab his  
 qui oderant me: qm robustiores  
 me erant. Preuenit me in die af-  
 flictionis mee. Et factus est dñs fir-  
 mamentum meum: et eduxit me  
 in latitudinem. Liberauit me: qd  
 placu ei. Retribuet michi dñs se-  
 cundum iustitiam meam. et se-  
 cundum munditiam manuum  
 mearum reddet michi: quia cu-  
 stodiui uias dñi. et non egi impie  
 a deo meo. Omnia em iudicia ei  
 in conspectu meo: et precepta eius  
 non amoui a me. Et ero perfectus  
 cum eo: et custodiam me ab iniqui-  
 tate mea. Et restituet michi dñs  
 scdm iustitiam meam: et scdm mū-  
 ditiam manuum mearum in con-  
 spectu oculorum suorum. Cum  
 sancto sanctus eris: et cum robusto

perfectus. Et cum electo electus eris:  
 et cum puero puertis. Et popu-  
 lum pauperem saluum facies. oculis  
 q; tuis excelsos humiliabis: quia  
 tu lucerna mea dñe. et dñe illumi-  
 nabis tenebras meas. In te em cur-  
 ram accinctus: in deo meo transili-  
 am murum. Deus immaculata  
 uia eius: eloquium dñi igne exa-  
 minatum. scutum est omnium  
 sperantium in se. Quis est deus pre-  
 ter dñm. et quis fortis preter deum  
 nrm: Deus qui accingit me for-  
 titudine et complanauit pfectam  
 uiam meam coequans pedes meos  
 ceruis. et sup excelsa mea statu-  
 ens me. Docens manus meas ad  
 preliu: et componens quasi arcu  
 creum brachia mea. Dedisti michi  
 clypeum salutaris tue: et mansue-  
 tudo tua multiplicauit me. Di-  
 latabis gressus meos subtus me:  
 et non deficient tibi mei. Perse-  
 quar inimicos meos et conteram:  
 et non reuertar donec consumam  
 eos. Consumam eos et confringam  
 ut non resurgant: cadent sub  
 pedibus meis. Aconxisti me for-  
 titudine ad prelium: incuruasti  
 resistentes michi sub me. Inimicos  
 meos dedisti michi dorsum. odi-  
 entes me: et dispdam eos. clama-  
 bunt et non erit qui saluet: ad  
 dñm. et non exaudiet eos. Ode-  
 bo eos ut puluerem terre: quasi  
 lutum platearum cominuam  
 eos atq; compingam. Saluabis  
 me a contradictionib; populi mei.